

mino / Hartmano Dei gratiâ Episcopo Curiensi<sup>2</sup> fratre nostro  
praedilecto, Rudolpho / de Sargans, Praeposito Ecclesiae Cu-  
riensis<sup>3</sup>, et nobili ac spectabili Comite Jo- / anne de Sargans<sup>4</sup>,  
patruis nostris praedilectis, nec non Henrice Vend<sup>5</sup> Ca- / pellano  
primi altaris Capelae S. Florini<sup>6</sup> confessoris<sup>c</sup>, inter parochias /  
Schann<sup>d</sup> et Trisen Curiensis diocesis,<sup>e</sup> sic quod ad nullam  
earun- / dem parochiarum pertinet, situatae, ac de voluntate et expresso  
consensu eorun - / dem omnium et singulorum<sup>f</sup> altare in dicta capella  
S. Florini<sup>6</sup> contiguum / muro juxta minus ostium ejusdem capellae  
situm, in honorem S. Mariae Vir - / ginis Dei genitricis, nec non  
beatorum S. Joannis Baptistae, et S. Christophe - / ri Martyris  
fundatum, ob salutem et in nostrorum Progenitorum, ac Con - / ternorum,  
Antecessorum et successorum nostrorum nostrae Conth - / (oralis)<sup>g</sup>  
videlicet Dominae Catharinae Comitissae de Sargans, natae  
de Werdenberg<sup>7</sup>, / (anim)arum,<sup>g</sup> nec non omnium fidelium ani-  
marum remedium, pro qui - / (bus ob)<sup>g</sup> Dei honorem et Sanctorum  
praedictorum quilibet Capellanus dicti alta - / (ris)<sup>g</sup> divina officia pro  
defunctis, et aliâs, prout tempus requirit, assi - / (due)<sup>g</sup> prout<sup>h</sup> com-  
modè poterit, celebrare debet, et specialiter qualibet fe - / (ria)<sup>g</sup>  
quintâ seu die jovis, 4. temporum nostrorum progenitorum. Con - /  
(ter)norum,<sup>g</sup> antecessorum et successorum nostrorum, ac dictae no-  
strae / (Co)nthoralis<sup>g</sup> anniversaria cum vigilijs et orationibus debitis  
solenniter / celebranda dotavimus, et praesentium tenore, viâ, jure,  
mode, et formâ, / quibus meliùs et efficacius fieri potest, ac debet,  
dotamus cum bonis, / decimis, censibus et redditibus universis in fine  
praesentium subspeci - / ficatis, his modis et conditionibus, videlicet,  
quòd nos et universi no - / stri successores Domini in v a d u z exi-  
stentes, et nullus alius, habeant / praesentare ad dictum altare et ejus  
praebendam actu Presbyterum / idoneum Praeposito ecclesiae Curi-  
ensis Seu ejus successori pro tempore / existenti legitimè ipseque  
Praepositus eundem per nos seu nostros suc - / cessores Dominos in  
V a d u z praesentatum idoneum teneatur, cùm alias / ad Praepositum  
ecclesiae Curiensis ex antiqua consuetudine quo ad dictam /  
Capellam pertinere dignoscatur, Canonicè instituere ac cum plenitu-  
dine // juris canonici investire; in casu autem et eventu, quo nos vel  
nostrorum / successorum, Dominorum in v a d u z, aliquis hujusmodi  
vacationis tempore infra / mensem, postquam hujusmodi vacatio in  
dicta Capella foret nota, non / praesentarem liberè actu Presbyterum